Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



cum vnuo & regnat in vnitate ſpⁿ ſcⁿ deus. Per omnia ſecla ſeculorum. Amen.

Finita benedictione cerei legantur lectiones ſine nullis hab. i. e.

IN principio creauit deus celum et terram. Terra autem erat inanis et uacua. et tenebre erant ſuper faciem abyſſi. et ſpiritus dei ferebatur ſuper aquas. Dixitque dⁿs. Fiat lux. Et facta eſt lux. Et uidit dⁿs lucem quod eſſet bona. et diuiſit lucem a tenebris. Appellauitque lucem diem. et tenebras noctem. Factumque eſt ueſpe et mane. dies unus. Dixit quoque deus. Fiat firmamentum in medio aquarum. et diuidat aquas abaquis. Et fecit dⁿs firmamentum. diuiſitque aquas quas erant ſub firmamento. ab his quas erant ſuper firmamentum. Et factum eſt ueſpe et mane. dies ſecundus. Dixit uero dⁿs. Congregentur aque quas ſub celo ſunt in locum unum. et appareat arida. Factumque eſt ita. Et uocauit dⁿs aridam terram. congregationeſque aquarum appellauit maria. Et uidit dⁿs quod eſſet bonum. et ait. Germinet terra herbam uirentem et facientem ſemen. et lignum pomiferum faciens fructum uxta genus ſuum. cuius ſem in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et prouulit terra herbam uirentem et facientem ſem uxta genus ſuum. lignumque faciens fructum. et habens unum quodque ſemen ſem. ſecⁿm ſpeciem ſuam. Et uidit dⁿs quod eſſet bonum. Factumque eſt ueſpe et mane. dies tertius. Dixit autem dⁿs. Fiant luminaria in firmamento celi. et diuidant diem ac noctem. et ſint in ſigna ac tempora et dies et annos. ut luceant in firmamento celi. et illuminent terram. Et factum eſt ita. Fecitque dⁿs duo luminaria magna. luminare maius ut preeſſet diei. et luminare minus ut preeſſet nocti. et ſtellas. Et poſuit eas in firmamento celi. ut luceret ſuper terram. et preeſſent diei ac nocti. et diuiderent lucem ac tenebras. Et uidit dⁿs quod eſſet bonum. et factum eſt

Et factum eſt ita. Vocauitque dⁿs firmamentum celum.